duodecim: & hec moriebatur. fi-  
lia ergo archisynagogi ipsa est  
synagoga: que sola legali insti-  
tutione composita. quasi unica  
moysi nata erat. Et hec uelut  
duodecimo etatis anno. hoc est  
tempore pubertatis appropin-  
te moriebatur: quia nobiliter  
a prophetis educata. postq̄m ad in-  
telligibiles annos puenat. pos-  
tquam spūalem deo sobole genera-  
re debebat: subito error languo-  
re cōsternata. spūales uite uias  
ingredi despabiliter omisit: &  
si n̄ a xp̄o succurreret: horren-  
dam p̄ om̄a corrūisset imortē.

**E**t abiit cum illo: & sequebat̄  
eū turba multa. et cōp̄mebant

**A**d puella pergens sa-  
cum. cum.  
nanda dñs a turba comp̄mit̄:  
quia genti iudeꝝ salutaria mo-  
nita p̄bens quib; egrā uisus ei  
cōscientiā erigeret: noxia car-  
naliū ppl̄oꝝ est consuetudine  
grauatus.

**E**t mulier que erat in fluxu  
sanguinis duodecim annis. *et cetera.*  
**M**ulier sanguine fluens s; a dño  
curata. ecclā est congregata de  
gentib; que ingenito carnaliū  
delectationū polluta fluxu. at-  
q; a cetero iam fuerat segregata  
fidelium. Sed dum uerbu dei iu-  
deam saluare decerneret: illa pa-  
rata iam pmissamq; alius pre-  
ripuit spe certa salutē. Notan-  
dumq; qđ archisynagogi duo-  
denis sit filia. & mulier hec  
ab annis duodecim sanguine  
fluxerit: hoc est eodē quo hec  
nata sit tempore. illa cepit  
infirmari. Vna enim penē eā-  
demq; sc̄li hui' etate. & synago-  
ga in patriarchis nasci. & gen-  
tium exterarū natio p̄ orbem  
cepit ydolatrie sanie fedari.  
Nam & fluxus sanguinis bi-  
fariā. hoc est & sup ydolatrie pollu-  
tione: & sup his que carnis ac  
sanguinis delectatione gerunt.  
potest recte intelligi.

**E**t fuerat multa p̄p̄ssa a com-  
plurib; medicis. & erogauerat  
om̄a sua nec quicquid p̄fecerat:



*si magis deterius habebat.*

**M**edicos siue falsos intellige the-  
ologos siue philosophos legumq;  
doctores seculariu: qui multa  
de uirtutib; uicisq; subtilissime  
disputantes utilia uiuendi cre-  
dendiq; instituta se mortalibus  
dare pmittebant: seu certe ipos  
spe immundos q uelut hominib;  
osilendo se se p deo colendos in-  
gerbant. Quib; certati audien-  
dis gentilitas quanto magis na-  
turalis industrie uires expende-  
rat: tanto minus potat ab in-  
iquitatis sue sordē purgari.

*Si hec ubi pplm iudeoz egrotas-  
se uerumq; de celo cognouit ad-  
esse medicū: cepit & ipsa languo-  
ris sui spare parit & i quirere*

**E**t cū audisset *remediū  
de ihu: uenit in turba rec. & te-  
tigit uestimentū ei. Dicebat  
enim: quia uel si tetigero uesti-  
mentū eius. salua ero. Et cōfes-  
sim siccatus est fons sanguinis ei.*

**V**enit i dñm tangit ecclā: cū  
ei p fidei uerttatē appropinquat.  
Venit autē retro. siue iuxta qd  
ipse ait. si quis m ministrat

me sequat<sup>r</sup>: & alibi pceptum: post  
dñm dñm tuū ambulabis: siue  
quia p̄sentem in carne <sup>dñm</sup> n̄ uident.  
pactis iam sacramtis incarnati-  
onis illi ad fidei & agnitionis ei  
grām puenit: sicq; dum partici-  
patione sacramtoꝝ eius saluari  
a peccatis meruit: quasi tactu  
uestimtoꝝ eius fontē sui sangui-  
nis siccauit; fons quippe sangui-  
nis est origo peccati: cuiq; fons  
sanguinis est i munde p̄mor-  
dium cogitationis ex quo pec-  
catū omne nascitur: Sed dñs  
cum uerbis euglicis nō solū opa  
& uerba mala compescē. sed et  
cogitationū nequā radicē ex-  
tirpare curauit: cū hec utraq;  
sacramtis euglicis emundari  
donauit: quasi uirtutē exsicca-  
di fontis obsceni tactu sui ues-

*timenti indidit.*

**E**t statim ihe cognoscens in  
semet ipso uirtutē que exierat  
de eo: conuersus ad turba aie-  
bat. *Quis tetigit uestimta mea.*

**N**on ut ipse que nesciat docer-  
tur interrogat: s; ut uirtus qm  
bene nouerat imo qm ipse

declaret in muliere declaret. & de-  
clarata agnitaque uirtute fidei  
multi ad salutem pueniant.

**E**t dicebant ei discipuli sui. *Uides  
turba compimentē te. & dicis quōs  
Quē turba pas-*

*me tetigit.*  
sim comitans cōprimit. una  
credula mulier dñm tangit.  
quia q̄ diuersis inordinate glo-  
merantiū heresib; siue pueris  
morib; grauatur. solo catholice  
ecclē fideliter corda ueneratur.  
Nam, <sup>sicut</sup> quida uidentes n̄ uident.  
& audientes n̄ audiunt. ita ē  
tangentes n̄ tangunt. q̄ n̄ sim-  
plici s; dubio uel simulato cor-  
de xp̄m tangit. Unde ciuidam  
amanti quidē. s; nondū plene  
credenti dicit ipse. noli me tan-  
gere. nondū enim ascendi ad  
patrē meū. apte dicens qd̄ sit  
ip̄m ueracit̄ tangere. pat̄ scili-  
cet equalem credere.

**E**t circumspiciebat uide eā  
que hoc fecerat.

**N**on obliuiscit̄ fideiū suorū  
dñs. nec in se spantes intueri  
desistit. s; omnes qui saluari  
merent̄ suo dignos intuitu

ac miseratione iudicat. Iste autē  
paup̄ clamauit. & dñs exaudiuit

**M**ulier autē timent. i. *I* eum.  
tremens sciens qd̄ factū esset in  
se. uenit & p̄cidit ante eū. i. dixit  
ei omnē ueritatem.

**E**cce quo interrogatio dñi ten-  
debat. ut uidelicet q̄ fitente  
palam muliere ueritatē suę di-  
uine infirmitatis. subite cre-  
dulitatis. diuine p̄pitiacionis.  
ac donatę s̄ sanationis. & ip̄a  
certius cōfirmaret̄ infide. et  
plurib; salutis & uite p̄beret̄  
exemplū. Deniq; sequitur.

**I**lle autē dixit. *filia. fides tua te  
saluam fecit. uade in pace et  
esto sana a plaga tua.*

**I**deo filia. quia fides tua te sal-  
uam fecit. Hec dixit fides tua  
te saluam factura est. s; saluā  
fecit. Ideo enim quia credidisti.  
iam salua facta es.

**A**d huc eo loquente. ueniunt ad  
archisynagogū dicentes. Quia  
filia tua mortua est. qd̄ ultra  
**S**aluata *I* ueras magistrū.  
a p̄fluuio sanguinis muliere.  
mox filia archisynagogi mor-

tua nuntiat: quia dñi ecclā a tu-  
 ciorū labe mundata & ob fidī meri-  
 tum filia ē cognominata. conti-  
 nuo synagoga p̄fidiē simul et  
 inuidiē luctu soluta est: p̄fidiē  
 quidē quia in xp̄o credere noluit:  
 inuidiē uero quia ecclām credē  
 doluit. Scriptū namq; est in ac-  
 tib; ap̄toꝝ. Sequenti autē sabbato:  
 pene uniuersa ciuitas cōuenit  
 audire uerbu dñi. Videntes autē  
 turbas iudei repleti sunt zelo: &  
 cōtradicebant his que a paulo di-  
 cebantur maledicentes. Et quod  
 agebant nuntii archisynagogo.  
 quid ultra uexas magistrū: per  
 eos hodieq; dicit: qui a dō desti-  
 tutū synagoge statu uident  
 restaurari posse n̄ credant: idō  
 q; p̄resuscitatione illi supplicā-  
 dum esse n̄ estimant. S; que im-  
 possibilia fē apud homines: pos-  
 sibilia sunt apud dñm. Unde ap-  
 hesus autē uerbo **I**te sequitur:  
 qđ dicebatur audito: ait archisy-  
 nagogo. **Noli timē: tantūmodo**  
**Archisynagog? cet' le** **crede**  
 qđ doctoꝝ accipitur: de quo dñs ait.  
 Sup cathedrā moysi: sederunt

scribe & pharisei. Qui si credere  
 ipse uoluit: etiam subiecta ei sy-  
 nagoga salua erit.

**E**t uenit in domū archisyna-  
 gogi: & uident tumultū & flen-  
 tes & euulantes multū.

**E**t letent inquit om̄s q̄ spant  
 in te: in cōtinuum exultabunt et  
 habitabunt in eis. Quia n̄ syna-  
 goga leticiā hanc dñice in habi-  
 tationis m̄ito infidelitatis ami-  
 sit: quasi int̄ flentes & euulantes  
 mortua iacet. nec tam supna  
 pietas funditus eā interire pa-  
 titur: quin pot̄ circa finē scli  
 reliquias ei scđm electionē gr̄e  
 salutis & uitę restituet. Unde ap-  
 te sub iungitur

**E**t ingressus ait eis. Quid tur-  
 bamini & ploratis? Puella nō

est mortua: sed dormit.

**H**ominib; mortua q̄ suscitare nequānt.  
 dō dormiebat: in cui' dispositio-  
 ne & anima recepta uiuebat. &  
 caro resuscitanda quiescebat.  
 Unde mos xp̄ianus obtinuit:  
 ut mortui qui resurrecturi eē  
 n̄ dubitant: dormientes uocen-  
 tur: sicut ap̄ls ait. Nolum' uos

inquit ignorare de dormientibus;  
ut n̄ contēstemini: sicut & ceteri  
q̄ spem n̄ habent. **S;** et in parte  
allegorie cū anima que peccauit  
rit ipsa moriat<sup>r</sup>: tamen ea quā  
dñs resuscitanda atq; ad uitā  
et̄nam p̄uidit esse uenturā. no-  
bis quidē mortua fuisse. sed ei  
obdormisse dici n̄ incongrue po-

**E**t uidebant eū. ipse **I** test.  
uero eiectis omnib<sup>9</sup> assumit pa-  
trē & matrē puellę et cetera.

**Q**uia uerbū resuscitantis irri-  
dere quā credere malebant. me-  
rito foras excludunt<sup>r</sup>: ut pote  
indigni qui potentiā resusci-  
tantis. ac resurgentis myst̄ium  
uidēt. **I**tem foras eicitur tur-  
ba ut puella suscitetur: quia si  
n̄ prius a secretiorib<sup>9</sup> cordis ex-  
pellitur importuna seculari-  
um multitudo curarū: anima  
que int̄secus iacet mortua  
n̄ resurgit. **N**am dñs se p̄inu-  
meras terrenor<sup>9</sup> desiderior<sup>9</sup> co-  
gitationes spargit: ad consi-  
derationē sui se nullaten<sup>9</sup> col-

**E**t tenens manū **I** ligtt.  
puellę: ait illi. Tabitacumi.

qd̄ est interpretatū. puella t̄ dico

**Q**uerat diligens lee **I** surge.  
tor quare uerax eugl̄ista dictū  
saluatoris exponens int̄posuit  
de suo tibi dico. cū in syro ser-  
mone quē posuit. nō plus sit  
dictū. quā puella surge: n̄ for-  
te p̄pter exp̄mendā uim dñice  
uisionis hoc augendū puta-  
uit: magis sensū loquentis quā  
ipsa uerba suis curans intima-  
re lectorib<sup>9</sup>. **N**am & familiare  
constat esse eugl̄istis atq; aplis.  
eū de ueti testamento testimonia  
assumunt. magis sensū p̄pheti-  
cum ponere curare quā uerba.  
**T**enens autē manū puellę dñs  
suscitauit eā: quia nisi prius  
mundate fūnt man<sup>9</sup> iudeor<sup>9</sup>  
que sanguine plene sūt: synago-  
ga eor<sup>9</sup> mortua nō consurgit.

**E**t confestim surrexit puella:  
**B**ene surrexit **I** & ambulabat.  
& ambulabat. **Q**uemcūq; enim  
peccatis mortuū sup̄ne man<sup>9</sup>  
miserationis resuscitatura te-  
tigerit: nō solum a sordib<sup>9</sup> & ue-  
terno scelerū exsurgere. sed &  
in bonis continuo p̄ficere

debet opib: uidelicet iuxta psal-  
mistam ingrediens sine macula  
& opa exercens iusticie.

**E**t obstupuerunt stupore maximo.  
& precepit illis uehementem ut ne-  
mo id sciret. Et dixit. Date il-  
li manducare.

**A**d testimoniū quidē uere re-  
suscitationis dari puellę man-  
ducare precepit: ne n̄ ueritas s;   
fantasma qđ apparebat ab incre-  
dulis putaret. Sed et si quis a-  
spūali morte surrexerit. celesti  
necesse est mox pane facietur.  
i diuini scilicet uerbi & sacro  
sci altaris particeps effectus.  
Nam iuxta morale intellectu  
tres illi mortui quos saluator  
in corpore suscitauit: tā genā  
resurrectionis animarū signifi-  
cant. Si quidē nonnulli con-  
sensu male delectationi pben-  
do: latente tantū cogitatione  
peccati. s; mortē consciscunt. S;  
tales se uiuificare significans  
saluator: resuscitauit filiā ar-  
chisynagogi n̄ dum foris elatā.  
s; in domo mortuā: quasi uici-  
um secreto in corde tegentem.

Alii n̄ solum noxie delectationi  
osentiendo. s; & ipsū malū qđ de-  
lectant explendo. mortuū suū  
quasi extra portas efferunt: & hos  
se si penitentia resuscitare de-  
monstrans. suscitauit iuuenē  
filiū uidue extra portas ciuita-  
tis elatum. i reddidit mat̄ sue:  
quia resipiscētē a peccati tene-  
bris animā. unitati restituit  
ecclē. Quidā uero n̄ solum cogi-  
tando uel faciendo illicita. sed  
ipsa peccandi osuetudine. se  
quasi sepeliendo corrumpunt.  
Verū nec ad hos erigendos mi-  
nor fit uirtus & grā saluatoris:  
si tamē assint cogitationes sol-  
licite que sup̄ eorū salute uelut  
deuote xp̄o sorores inuigilent.  
Nam ad hoc itimandū resusei-  
tauit lazariū. quatuor dies in  
monimēto habentē. & sorore at-  
testante iā fetentem: qđ nūmi-  
rum pessima noxios actus so-  
let fama comitari. Notandū  
autē quod quanto ḡuor ani-  
mę mors ingruerit: tanto  
ac̄or necesse est ut resurgere  
mereat. penitentis feruor in-

sistat. Nam leuioreſ & cottidiani  
erratus: leuozis penitentię pos  
sunt remedio curari. Ad occulte  
uolens ostendere dñs. iacentē in  
gelauī mortuā. facillima ac bre  
uissima uoce resuscitat dicens.  
puella surge: quā etiam ob facili  
tatē resuscitandi iā mortuam  
fuisse negauit. Delatum autē  
foras iuuenē mortuū. pluribus  
ut reuiuiscere debeat dictis cor  
roborat. cū ait **I**uuenis ē dico  
surge. **Q**uatriduan' uero mor  
tuus ut longa p̄mentis sepulc̄  
claustra euadere posset. fremu  
it spū ih̄s. turbauit se ipsū. la  
crimas fudit. rurſū fremuit. **VI.**  
ac magna uoce clamauit. la  
xare ueni foras. & sic tandē q̄  
erat despatus. discussō tenebra  
rum pondē utq; luci q; reddi  
tur. Sed i hoc notandū. quod  
quia publica noxa publico eget  
remedio. leuia autē peccata leui  
ori & secreta queunt penitencia  
deleri: puella in domo iacens  
paucis arbitris exsurgit. eisdēq;  
uehementē ut nemini id mani  
festent p̄cipitur: iuuenis extra

portā turba multa comitante  
atq; intuente suscitatur: lazarus  
de monumento uocatus in tantū  
p̄lis innotuit. ut ob eoz qui u  
dere testimoniū plurimę dño  
turbe cū palmis occurrēt: &  
multi p̄t illum abirent exiu  
des. i credent in ihm. Quartū  
ū mortuū nuntiante disciplo  
dñs audiuit. s; quia q̄ p̄ eius ex  
citatione p̄carētur iui defu  
erant. dimitte inq; ut mortui  
sepeliant mortuos suos. id est  
mali malos noxijs laudib; gra  
uent. & quia n̄ adest iustus q̄  
corripiat i miscdia. oleū pec  
catoris unguet caput eoz.  
**Et egressus inde abiit in pat̄ā**  
**suam. & sequebant' illū disci**  
**puli sui. Et facto sabbato cepit**  
**i synagoga docē: & multi audi**  
**entes admirabant' in doctrina**  
**eius dicentes. Unde huic hec**  
**omnia. & que est sapientia q̄**  
**data ē illi: & uirtutes tales q̄**  
**p̄ manus eius efficiuntur.**  
**P**atriam ei' nazareth dicit.  
In qua erat nutritus. S; quan  
ta nazarenoz cecitas. q̄ eum

quē in uerbis factisq; ipsius si mēs  
 n̄ leua fuisset xp̄m cognoscē po-  
 terant. ob solam gen̄is noticiā  
 contempnūt. Sapienciā autē ad  
 doctrinā. uirtutes referūt ad sa-  
 nitates & miracula quę faciebat.  
 Quę sollerti ac pulchra distantia  
 memorat ap̄ls dicens. Iudei  
 signa petunt. & greci sapienciā  
 querūt. nos autē predicamus  
 xp̄m crucifixū iudeis quidem  
 scandalū. gentib; autē stultici-  
 am. ipsis uero uocatis iudeis &  
 grecis ap̄m dei uirtutē & dei  
 sapienciā. In qua nimirū sen-  
 tentia uirtutē ad signa retu-  
 lit p̄t̄ iudeos. sapienciā autē  
 ad doctrinā p̄t̄t grecos. id est

**N**onne iste est faber. *S* gentes.  
 filius marie. frat̄ iacobi & iude  
 & ioseph & symonis. *H*onne &  
 sorores eius hic nobiscū sunt.  
*Et scandalizabant in illo.*

**S**candalū & error iudeoz sa-  
 lus nr̄a est. & hereticoz cōdemp-  
 natio. In tantū enim cernebat  
 hominē ihm xp̄m. ut hunc fa-  
 brū & iuxta alium euglistam  
 fabri clamarent filiū. fratres

quoq; & sorores ei' secū esse testarē-  
 tur. qui tamen n̄ liberi ioseph  
 aut marie iuxta hereticos putā-  
 di. s; <sup>potius</sup> iuxta morē sacre sēpture  
 cognati ipsoz sunt intelligendi.  
 quom̄ abrahā & loth fr̄s appella-  
 tur. cū esset loth filius fratris  
 abrahę. Et multa habet huius-  
 modi. Non autē sine certa pui-  
 sione sacramti dñs incarnē ap-  
 parens. faber & filius fabri es-  
 timari ac dici uoluit. quonpo-  
 eius etiā p̄ hoc se eius ante sēla  
 filiū esse docuit. qui fabricator  
 omniū in p̄ncipio creauit cę-  
 lum d̄s & terram. Nam si hu-  
 mana n̄ sunt op̄anda diui-  
 nis. typus tam̄ integer est.  
 quia pater xp̄i igni op̄atur &  
 sp̄u. Vnde & de ipso tanquā  
 fabri filio. p̄cursor suus ait.  
 Ipse uos baptizabit in sp̄u sc̄o  
 & igni. Qui in domo magna  
 hui' mundi diuersi generis  
 uasa fabricat. imo uasa ire  
 sui sp̄e igne molliendo in mi-  
 sericordię uasa cōmutat. Sed  
 hui' sacramti iudei ignari.  
 diuine uirtutis op̄a p̄ sapie car-

nalit contemplatione despiciunt.

**E**t dicebat eis ihc: quia non est  
ppha sine honore nisi in patria  
sua et cognatione sua et in domo

**P**rophetā dicit unscriptis sua.

**D**ñm xp̄m & moyses testis est:  
qui futurā eius incarnationē  
p̄dicens filiis isrl̄ ait. **P**phetam  
uobis suscitabit dñs d̄s uester:  
tanquā me ipsū audietis. Non  
solum autē ipse qui caput et  
dñs est p̄phetarū: s; & helyas et  
theremias ceteriq; p̄phete mino  
res in patria sua quā in exteris  
ciuitatib; habitū f̄t: quia p̄pe  
modū naturale ē ciues semp  
ciuib; inuidere. Non enī confi  
derant p̄sentia uiri opa: s; fra  
gilem recordant̄ infantia: quā  
n̄ & ipsi p̄ eosdem etatis gradū  
ad maturā etatem uenerunt.

**E**t n̄ poterat ibi uirtutē ul  
lam facere. n̄ paucos infirmos  
impositis manib; curauit: et  
mirabat̄ p̄t̄ incredulitatem  
illoz. **N**on quo etiā  
illis incredulis facere n̄ potu  
erit uirtutes multas: s; q̄ ne  
multas faciens ciues incre

dulos cōdemnaret. Potest autē  
& aliter intelligi. qđ ihc despicia  
tur in domo & in patria sua. hoc  
est in p̄plo iudeoz: et idō ibi pau  
ca signa fecit. ne penit̄ excusa  
biles fierent. **M**aiora autē signa  
cotidie in gentib; p̄ ap̄los fact̄:  
n̄ tam in sanationē corp̄oz. quā  
in animaz salutē. **Q**uod autē mi  
rari dicit̄ dñs in credulitatem  
illoz: n̄ quasi inopinata et un  
uisa mirat̄. qui nouit omnia  
ante quā fiant: sicut nec fide  
centurionis quāsi nouā & ante  
in cognitā mirari tē cepit. quā  
do audiens uerba pie cōfessio  
nis eius ait. quā nec in isrl̄ tan  
tam fidē inueni: s; qui nouit  
occulta cordis. qđ mirandū ī  
timare uult hominib;: mirari  
se corā hominib; ostendit. **M**i  
randa enī erat fidel̄ centuri  
onis: qui sine homine doctore.  
sine eloquijs sēpturaz. sine ora  
culis angloz. tantū naturali  
sensu diuinit̄ illuminato cog  
nouit p̄ miracula uerū dñm eē:  
quē p̄ humane fragilitatis in  
firma hominē esse uerū no



uerat. At contra n̄ min⁹ mirā-  
 da nazarenorū infidelitas: qui  
 & doctorib; abundantes. & elo-  
 quif diuinis inq̄b ap̄i predi-  
 cabatur aduent⁹. ip̄m etiam  
 p̄sentem habentes ap̄m. agni-  
 tionē sui illis ⁊ uerbis ingerē-  
 tem ⁊ figuris. nichilomin⁹ in-  
 creduli durabant. S; in uno  
 eorū iudeorū miranda notatur  
 cecitas. qui nec p̄phetis suis  
 credere de xp̄o. nec ip̄si inter-  
 se nato uoluerūt credere ap̄o.  
 in altō fides coronat⁹ genuū.  
 qui int̄ iudeos natū s; expul-  
 sum. ip̄si cū oraculis sacris  
 mediatorē dei & hominū ho-  
 minem ihm xp̄m suscipere

**E**t circuibat *⁊ meruerunt. .xvi. castella in circuitu docens. et  
 cōuocauit duodecī. ⁊ cepit eos  
 mitte binos. ⁊ dabat illis po-  
 testatē sp̄uum in mundorū.*

**G**enignus & clemens dñs ac  
 magister n̄ inuidit seruis  
 atq; discipulis uirtutes suas.  
 & sicut ip̄se curauit omnem  
 languorē & omnē infirmita-  
 tem. ap̄lis quoq; suis dedit

dedit potestatē ut curent om-  
 nem languorē & omnē infirmi-  
 tatem. S; multa distantia est  
 int̄ habere & t̄buere. int̄ dona-  
 re ⁊ accipere. Iste q̄dcumq; agit  
 potestate dñi agit. illi si quid  
 faciunt t̄becillitatē suam et  
 uirtutē dñi confitent⁹. dicen-  
 tes in nomine dñi surge ⁊ am-

**E**t p̄cepit eis ne q̄d *⁊ bula.  
 tollerent in uia nisi uirgā tan-  
 tum. n̄ peram. n̄ panē. neq; i-  
 zona es. s; calciatos scandalis.  
 ⁊ ne induerent⁹ duab; tunicis.*

**T**anta p̄dicatori debet indō  
 esse fiducia. ut p̄sentis uite  
 sumpt⁹ quāuis nō preuideat.  
 tamen s; hos nō de esse certissi-  
 me sciat. ne dum mens ei oc-  
 cupat⁹ ad temporalia. minus  
 alijs p̄uideat et̄na. Solet aut̄  
 queri quom̄ math̄s & lucas 9  
 memorauit dixisse dñm  
 discipulis. ut nec uirgā ferret.  
 cū dicat marc⁹. & p̄cepit eis ne  
 quid tollerent in uia. n̄ uirgā  
 tantū. Quod ita soluit⁹. ut in-  
 telligam⁹ sub alia significatio-  
 ne dictā uirgam que sc̄dm mar-

Joh

cum ferenda est. & sub alia illa  
que secundum matthiam et lucam non est  
ferenda: sicut sub alia signifi-  
catione intelligitur temptatio  
de qua dictum est. deus neminem  
temptat: & sub alia dictum est.  
temptat uos dominus deus uir: ut  
sciat si diligitis eum. Illa seduc-  
tionis est: hec probationis. **U**trum-  
que ergo accipiendum est apostolis a  
domino dictum: & ut nec uirgam  
ferrent. et ut nisi uirgam  
ferrent. **C**um enim secundum mathe-  
um dicitur eis. nolite possidere  
aurum neque argentum et cetera:  
 continuo subiicit. **D**ignus est enim  
operarius cibo suo. **U**nde satis  
ostendit cur eos hec possidere  
ac ferre noluerit: non quo neces-  
saria non sunt sustentationi hu-  
ius uite: sed quia sic eos mitte-  
bat. ut eis hec deberi mon-  
straret ab illis quibus euangelium  
credentibus annuntiarerit. **C**la-  
ret autem hec non ita precepisse  
dominum. tanquam euangeliste uiue  
aliunde non debeant. quam eis pre-  
sentibus quibus annuntiant  
euangelium: alioquin contra hoc

preceptum fecit apostolus. qui uictum  
de manuum suarum laboribus transi-  
gebat ne cuiquam grauis esset:  
sed potestatem dedisse in qua sci-  
rent utrum deberi. **C**um autem a  
domino aliquid imperatur: non fiat.  
inobedientie culpa est. **C**um autem  
potestas datur: licet unicuique  
non uti. et tanquam de suo iure  
cedere. **H**oc ergo ordinans dominus  
quod eum ordinasse dicit apostolus.  
his qui euangelium annuntiant de  
euangelio uiue: illa apostolus loqueba-  
tur: ut securi non possiderent  
neque portarent huic uite ne-  
cessaria. nec magna. nec mi-  
nima. **I**deo posuit nec uirgam:  
ostendens a fidelibus suis omnia  
deberi ministris suis nulla su-  
perflua requirentibus: ac per hoc  
addendo. dignus est enim ope-  
rarius cibo suo. **P**roterius aperit et  
illustrauit. unde hec omnia  
loqueretur. **H**anc ergo potestatem  
uirge nomine significauit.  
cum dixit. ne quid tollerent  
in uia nisi uirgam tantum: ut in-  
telligatur quia per potestatem a  
domino acceptam que uirge nomi-

ne significata est. etiã que ñ por-  
 tantur ñ decerunt. Hoc & de du-  
 abus tunicis intelligendũ e' ne  
 quisqm̃ eorũ pret̃ eam qua esset  
 indutus aliã portandã putare  
 sollicitus. nec opus esset. cũ ex  
 illa potestate posset accipe. **P**in-  
 de mare' dicendo calciari eos  
 sandaliũ uel soleis. aliquid hoc  
 calciamentum mystice signifi-  
 cationis habere admonet: ut pes  
 neq; reclusus sit. nec nudus ad ter-  
 ram. id est nec occultet euglm̃.  
 nec terrenis comodis in nitatur.  
 & qd non portari uel haberi du-  
 as tunicas. s; expressius indui  
 phibet dicens. & ne induerent  
 duab; tunicis. quid eos admonet.  
 nisi ñ dupliciter s; simplici-  
 ter eos ambulare. **A**lter. Induab  
 tunicis m̃ uidetur duplex os-  
 tendere uestimentũ. non quo i  
 locis scythie glaciali niue rigen-  
 tib; unica quis tunica debeat  
 esse contentus. s; quo in tunica ue-  
 stimentũ intelligam. ne aliud  
 uestiti. aliud nobis futõr timo-  
 re seruem. **A**llegorice autẽ p  
 peram onera scli. p panẽ delicie

temporales. pes in zona. oculta-  
 tio sapientie designat. Qui enĩ  
 sapientie uerbu habet. s; hoc ero-  
 gare primo negligit. quasi pecu-  
 niam i zona clausam tenet. **E**t  
 sc̃ptum est. **S**apientia absondi-  
 ta. i thesaurus occultus. que uti-  
 litas in utrisq;. **N**on ergo pera-  
 aplis. nõ panis. nõ es in zona  
 ferendũ est. quisq; officiu docto-  
 ris accipit. neq; onerib; sclarũ  
 negotioz dep̃mi. neq; desideris  
 carnalib; resolu. neq; omissũ  
 s talentũ uerbi sub otio debet  
 lenti torporis abscondere.

**E**t dicebat eis. **Q**uocũq; intro-  
 ueritis in domũ illie manete.  
 donec exeat inde

**I**n mathew ita sc̃ptum e' Inqm̃  
 cumq; ciuitatẽ aut castellũ in-  
 trauiitis. interrogate q̃s in ea  
 dignus sit. & ibi manete do-  
 nec exeat. **D**at constantie  
 generalis mandatũ. ut hospi-  
 talis necessitudinis iura cus-  
 todiant. alienũ a predicato-  
 re regni celestis astruens cur-  
 sitare p domos. & inuolabilis  
 hospiciũ iura omittere. **H**ec

otiose scdm mathm domus qm  
ingrediant apli eligenda decer-  
nitur: ut mutandi hospitiu ne-  
cessitudinis q; uiolande causa

**E**t quicunq; non *S*n suppetat.  
recepit uos nec audierit uos:  
exeuces unde excutite puluerē  
de pedib; uris in testimoniu il-

**P**uluis excutitur de *S*lis.  
pedib; in testimoniu laboris  
sui: qd ingressi sūt ciuitatē et  
p̄dicatio ap̄lica ad illos usq; p̄-  
uenit. *S*ue excutit puluis:  
ut nichil ab eis accipiant nec  
ad uictū quidem necessariū.  
qui euglm spreuerunt.

**E**t exeuntes p̄dicabant ut  
penitentia agerent: et demo-  
nia multa eiciebant: et unge-  
bant oleo multos egrotos et

**Q**uod ap̄ls *S* sanabantur:  
iacob; *I*nfirmatur q̄s in uob;  
inducat presbitos ecclē et o-  
rent sup ipm ungentes eum  
oleo in nomine dñi: et si in pec-  
catis sit dimittent ei. *U*nde  
patet ab ipsis ap̄lis hunc esse  
scē ecclē morem traditū: ut  
in ergumini uel alij quilibet

egroti ungant oleo pontificali  
benedictione consecrato.

**E**t audiuit herodes rex. mani-  
festū enim factū est illi nomē ei:  
et dicebat. Quia iohannes bap-  
tista resurrexit a mortuis: et  
p̄pterea opantur uirtutes in  
**Q**uanta iudeorū in *S* illo.  
uidia. qui cont̄ dñm malicie  
furor extiterit: ex omnib; pene  
locis eugly docemur. *E*cce enim  
iohem de quo dictū est q̄a signū  
fecit nullū. a mortuis potuisse  
resurgere nullo attestante cre-  
debant: ihm aut̄ uirum ap̄pro-  
batum a dō uirtutib; et signis  
eius uidelicet mortē elementa  
tremuerūt. resurrectionē uero  
atq; ascensionē angli. apostoli  
uiri ac femine certatū predi-  
cabant: n̄ resurrexisse: s; fur-  
tim esse ablatū credere malue-  
runt. *Q*ui cum dicent iohem  
resurrexisse a mortuis: et p̄pterea  
uirtutes inopinatas eē in illo  
opatas: bene omnimodis de  
uirtute resurrectionis senserunt:  
qd maioris potentie fu-  
turi sint sc̄i cum a mortuis

resurrexunt. qm̄ fuerē cū carnis  
 adhuc infirmitate grauarentur.  
**S**ed & ipm̄ resurrectionis mira-  
 culum n̄ esse incredibile docue-  
 runt. qd̄ nullo docente credi-  
 derūt: qui tam̄ se ipsos rem cre-  
 dibilem in dño nō credidisse.  
 sue merito cecitatis & inuidie

**Q**uo audito he- **S**pharunt.  
 rodes ait. Quē ego decollau  
 iohannē. hic a mortuis resur-  
**L**ucas de his ita **S**rexit.  
 scripsit. Audiuit autē herodes  
 tetrarcha omnia que fiebant  
 ab eo: & hesitabat eo qd̄ diceret  
 a quibdam. quia iohannes re-  
 surrexit a mortuis. a quibda  
 uero quia helias apparuit: et  
 cetera. Intelligendū est ergo aut  
 posthanc hesitationē confirma-  
 se eum in animo suo qd̄ ab aliis  
 dicebatur cū ait. quē ego de-  
 collau iohannē hic a mortuis  
 surrexit: aut ita pnuntian-  
 da sūt hec uerba. ut hesitantem  
 adhuc indicent. **S**i enī dicere  
 nūquidnā hic est. aut nunq̄d  
 forte hic est iohannes baptista?  
 n̄ opus est: ad monē aliquid de

pnuntiatione. quia dubitans  
 atq; hesitans intelligat: nē quia  
 illa uerba desunt. utroq; modo  
 pnuntiarī potest: ut aut cōfir-  
 matū eum ex alioꝝ uerbis credē-  
 tem dixisse accipiam: aut ad-  
 huc sicut lucas memorat hesi-

**I**psē enī herodes misit **S**tantē.  
 ac tenuit iohannē & iunxit eū  
 in carcerē. p̄t herodiadē uxore  
 philippi fr̄is sui q̄a duxat eam.  
 Dicebat enī iohannes herodi.  
 Non licet t̄ habere uxore fr̄is  
**V**etus narrat hysto **S**tui.  
 ria philippū herodis maioris  
 filiū. sub quo dñs fugit in egypt-  
 tum. fratrē hui' herodis sub q̄  
 passus est xp̄c. duxisse uxore  
 herodiadē filiam regis arēthe:  
 postea uero socerū eius exortis  
 quibdam cont̄ generū simulta-  
 tib; tulisse filiā suam: & in do-  
 lorem mariti p̄oris. inimici  
 ei' nuptijs copulasse. Qui sit  
 autē hic philippus: eugl̄ista lu-  
 cas plen̄ docet. Anno quinto  
 decimo imp̄y tyberij cesaris. p-  
 curante pontio pilato iudeā.  
 tetrarcha autē galilee herode.

.xvii.

philippo autē fratre eius tetrarcha  
turee & traconitidis regionis.

**E**rgo iohannes baptista quē uenit  
in spū & uirtute helye. eadē au-  
toritate qua ille achab corripue-  
rat & uezabel. arguit herodē et  
herodiadem quōd illicitas nupti-  
as fecerunt. & nō liceat fratre ui-  
uente germano illi uxore du-  
cere. malens picitari apud re-  
gem. quā ppter adulationē esse  
in memor pceptoz dei.

**E**t diu dies oportun' accidisset.  
herodes natalis sui cenā fecit  
principib' & tribunis & primis  
galilee. & cetera.

**S**oli mortalium herodes & pharao  
legunt' diem natalis sui gaudi-  
is festiuis celebrasse. s; uterq;  
rex in fausto auspicio festiui-  
tate suam sanguine fedauit.  
**V**erū herodes tanto maiore  
impietate. quanto scim' & inno-  
centē doctorem ueritatis. & pre-  
conē uite ac regni celestis occi-  
dit. hoc puoto ac peticione  
saltateis. neq; eum caput oc-  
cisi ante quiuas inferre pudu-  
it. Nam pharao nil talis ue-

sanie qmiffisse legit' s; tantū pe-  
cantē s; eunuchū uita priuari  
iubens. quo longi' a uero cultu  
religionis aberat. eo leui' inui-  
olatione sue festiuitatis deliqt.  
**A**t tamē ex utriusq; exemplo colli-  
gitur utilius esse nobis diē mor-  
tis future timendo & caste agen-  
do sepius in memoria reuocare.  
quā diem natiuitatis luxuri-  
ando celebrare. **H**omo enī ad  
labore nascitur in mundo. et  
electi ad requie pmoertem tran-  
seunt emundo.

**C**umq; introisset filia ipsius  
herodiadis & saltas; & placuis-  
set herodi simulq; recumben-  
tib; rex ait puelle. **P**ete a me  
quod uis. & dabo t. **E**t iurauit il-  
**N**on excusatur **H**i. & cetera.  
herodes quōd inuit' & nolens ppter  
iuramentum homicidiū fecerit.  
quia ad hoc forte iurauit. ut  
future occasione machinas p-  
pararet. **A**lioquin si ob iusiu-  
randū fecisse se dicit. si pat's.  
si mat's postulasset interitū.  
facturus erat an n. **A**d in se re-  
pudiatus fuit. & tempne debuit

**I**n propheta.

**Q**ue cū exisset. dixit matri sue  
Quid petam? Et illa dixit. Ca-  
put iohannis baptiste.

**H**erodias timens ne herodes  
aliquando resipisceret. uel philip-  
po fratri amicus fieret. atque illi-  
cite nuptie repudio solueren-  
tur. monet filiam ut in ipso sta-  
tim uiuio caput iohannis pos-  
tulet. digne opus saltationis  
dignū sanguinis premiū.

**E**t tristat' est rex ppter iusiu-  
randū. i ppter simul recūben-  
tes. noluit eā constare. sed  
misso spiculatore pcepit affer-  
ri caput eius in disco. i ceta

**C**onfuetudinis scripturariū est  
ut opinionē multorum sic narret  
historicus. quomō eo tempore ab  
hominib; credebat? sicut ioseph  
ab ipsa quoq; maria appellatur  
pater ihu. ita & nē herodes di-  
citur q' t' status. quia hoc discū-  
bentes putabant. Dissimula-  
tor enī mentis sue & artifex  
homicida. t' ticiam pferēbat  
in facie. cū leticiam haberet i-  
mente. scelusq; excusat iura-  
mento. ut sub occasione pietat-

is. impi' fieret. Ad aut' subicit.  
& ppter simul recūbentes. uult  
omn' sceleris sui eē consoctes. ut  
in luxurioso impuroq; uiuio  
cruentę epule deferrentur.

**E**t attulit caput ei' in disco. et  
dedit illud puelle. i puella de-  
dit matri sue.

**H**oc iuxta lutam factum sit.  
nos aut' usq; hodie cernim' inca-  
pitate iohannis pphete. iudeos  
xpim qui caput pphetae est per-  
didisse. Aliter. Decollatio ioha-  
nis. minorationē fame illius  
qua xpc a p'plo credebat' insinu-  
at' sic exaltatio in cruce salua-  
toris. pfectum designabat fidi.  
quia ipse q' prius a turba ppha  
eē putabat'. dñs pphetae. i xpc  
dei filius a cunctis fidelib; est  
agnit'. Minutus g' capite iohis.  
exaltatus est in cruce dñs. q'a  
sicut idē iohannes ait. illum  
oportebat crescere. iohannē aut'  
minui. illū autem q' ppheta  
estimabat' xpim cognoscei. i eū  
qui xpc putabatur p uirtutū  
sublimitate. xpi esse ppheta  
& p'cursorē decebat intelligi.

Quod ipm quoq; distinctione tē-  
poris quo uterq; illoꝝ natus est  
satis apte signatū est: q̄a iohes  
quidē quem oportebat minui  
cū diurnū lumen decreſcere  
incipit natus est: dñs autem  
qui uera lux mundi est. eo an-  
ni tempe quo dies creſcere in-  
cipit. luciflua nobis ſue dona  
natiuitatis exhibuit.

**Q**uo audito discipuli ei uene-  
runt & tulerūt corp⁹ eius: & po-  
ſuerunt illud in monumento.

**N**arrat ioseph⁹ uinctū iohan-  
nem in castellū macherunta  
ad ductū: ibiq; truncatū. Nar-  
rat hystoria ecclāstica sepultū  
eum in ſebaste urbe palestine.  
que quondā samaria dicta ē:  
a tempore autē iuliani p̄ncipis.  
inuidentes xp̄ianis qui sepul-  
chrū eius pia ſollicitudine  
frequentabat. paganos inua-  
ſiſſe monumentum: ossa diſperſiſ-  
ſe p̄ campos. & rurſū collecta  
igni cremari ac denuo diſper-  
ſiſſe p̄ campos: affuisse tē tem-  
poris monachos ibidē de ihe-  
rosolimis. qui mixti pagani

ossa legentib; maximā eoz par-  
tem cōgregauerūt. & ad patrem  
ſuū philippū iherosolimā detu-  
lerunt: at ille miſerit ea beato  
athanasio alexandrino ep̄o.  
ibiq; ſeruata uſq; ad tempora  
theophili euſdē urbis ep̄i. quā-  
do iubente theodofio p̄ncipe  
omnia gentiū fana destructa  
ſunt: tē expurgato a ſordibus  
templo ſerapis ibidē

illata. & basilicā p̄dicula ſe-  
rapis in honorem ſc̄i iohannis  
eſſe ſecratā. Lege de his un-  
decimū hystorie ecclāſtiche li-

**E**t uenientes **S**brū.  
ap̄li ad ihm. renuntiauerūt illi  
omnia que egerant & dociant.

**N**on ſolum que ipſi egerant  
& docuerant ap̄li domino re-  
nuntiat: ſ; etiam que iohanes  
eſ in docendo occupatiſ ſit pas-  
ſus. uel ſui uel euſdē iohannis  
ei discipuli renuntiat: ſicut  
math̄s ſcribit. Unde hoc qd̄ ſeq̄r.

**E**t ait illis. uentite ſerſum i  
deſertū locum & requieſcite pu-  
ſillum & cetera. **N**on cauſa  
tantū facit requiectionis ip̄oz



si mystice gra significacionis. q̄a uidelicet derelicta iudea que p̄phete s̄ caput n̄ credendo abstulerat. in deserto exelē que urū non habuerat uerbi eēt cibaria credentib; . quasi epulas panū largiturus . i pisciū .

**I**bi enim p̄dicatores sancti qui apud iudeam n̄ credentē & contradicentē aliquādiu graui t̄bulationū sarcina p̄mebant. requiē nacti sunt de collata gentib; grā fidei . Que autē necessitas fuerit p̄cedende regei discipulis . subsequēt ostendit .

**E**rant enim qui **S**cū dicit . ueniebant . i rediebant multi . & nec manducandi spaciū habebant .

**U**bi magna tem **S**ebant . portū illius felicitas de labore docentū simul & discentiū studio demonstrat . que utinā mō in quo rediret . ut tanta ministris uerbi frequentia fideiū insistat auditor . que nec liberū eis curandi corpis spaciū concedat . Nam quib; necessaria curandi corporis

hora negat . quanto min' ille cebris anime siue carnis studendi facultas ad est . Quin poti' a quib; uerbu fidei & salutare ministeriū oportune iportune exigitur . hoz anim' p̄sequentē ad agenda semp & cogitanda celestia succendit . ne ea que uerbis docent . factis impug-

**E**t Ascendentes in **S**nent . nauum . abierunt in desertū

**N**on discipuli soli .

si assumpto dño ascenderunt in nauū . & locum petierūt ut euglīsta math̄s apte demon-

**E**t uiderūt eos **S**strat . abeuntes & cognouerūt multi . i pedestres de omnib; ciuitatib; . occurrerūt illuc . i p̄uenerūt

**C**um pedestres eos p̄ **S**eos . uenisse dicunt . ostendit q̄a n̄ in aliam maris siue iordani ripā nauigio p̄uenerunt discipuli cū dño . si transito nauis aliquo freto aut stagno . p̄rimos eiusde regionis locos adierunt . quo ē indigene pedestres p̄uenire potāt .

**E**t exiens uidit turba multā  
ihc: & misertus<sup>est</sup> sup eos q̄a erant  
sic oues n̄ habentes pastorem?  
cepit docere illos multā.

**Q**uom̄ misertus sit sup eos:  
maths exponit plenius dicēs.  
Et misertus est eis: & curauit  
languidos eoz. Hoc est<sup>num</sup> ueraci-  
ter paupum & n̄ habentū  
pastorē misereri: et uia eis ue-  
ritatis docendo ap̄re. & mo-  
lestias corporales medicando  
auferre: s; & ieiunos reficien-  
do ad laudē sup̄ne largitatis  
animare. Ad etiam sequentia  
lectionis eū fecisse & memoras.  
Temptat aut̄ fidem turbarū:  
& p̄batam digna mercede re-  
compensat. Perendo enī soli-  
tudine: an sequi curent ex-  
plorat: illi sequendo & n̄ inui-  
mentis aut uehiculis diuersis.  
s; p̄prio labore pectū iter arri-  
piendo deserti: quantā salutis  
sue curam gerant ostendunt.  
Rursū ip̄e ut potens p̄uisq;  
saluator ac medicus excipien-  
do fatigatos. docendo inscios.  
sanando egrotos. recreando ie-

iuinos: quantū deuotione cre-  
dentiū delectetur uisnuat.  
Iuxta uero leges allegorie. peten-  
tem deserta gentiū ap̄m. mul-  
te fidelū caterue relictis me-  
nib; p̄risq; uersationis. ne-  
glectoq; uariorū dogmatū pre-  
sidio secunt̄: & pridē notus ī  
iudea d̄s. postq̄m dentes iude-  
orum arma & sagitte. & lingua  
eoz machēra acuta cont̄ illū  
facta est: exaltatus est super  
celos d̄s. & sup omnē terram.

**E**t cū hora iam s̄ gl̄a eius.  
multa fieret: accesserūt discipuli  
eius dicentes. Desertus ē hic  
locus: & iam hora p̄teruit: di-  
mitte illos ut euntes in pri-  
mas uillas & uicos emant &  
cibos quos manducent.

**H**oram multā. uesp̄tinū tem-  
pus dicit: luca teste qui ait.  
Dies aut̄ cepat declinare: &  
accidentes duodecī dixerunt  
illi. Dimitte turbas & ceterā.  
Die aut̄ declinata turbā sal-  
uator reficit: q̄a uel fine se-  
culorū p̄p̄inquante. uel cū sol-  
iusticie p̄ nob̄ occubuit: a di-

utina spūalis in edie sumus tabe

**E**t respondens **S**aluati.  
**ait illis. Date eis manducare &**  
**P**rouocat aplos ad **S**cedera.  
 fractionē panis. ut illis se n̄ ha-  
 bere testantib; magitudo sig-  
 ni notior fiat: simul insinuat  
 quia cottidie p̄ eos ieiuna m̄a  
 corda sunt pascenda: uidelicet  
 cū eoz uel exemplis uel lictis  
 ad amanda celestia suscitam̄.  
 Notandū autē qd hoc mira-  
 culū panū sc̄pturus euanglīsta  
 iohannes. p̄misit q̄a p̄ximū  
 esset pascha dies festus iudeoz:  
 math̄s uero & marc̄ hoc inter-  
 fecto iohanne continuo factum  
 esse commemorant. Unde colligit̄  
 iohannē imminente eadē fes-  
 tiuitate paschali fuisse decol-  
 latum: & anno posth̄e sequen-  
 te cū denuo temp̄ paschale  
 rediret. myst̄ium d̄nice passi-  
 onis esse completū: & p̄pterea  
 qd̄ in libro sacram̄toꝝ natale  
 ei' quarto calendarū septem-  
 briū die notatū est. in mar-  
 tyrilogio qd̄ euseby & iheroni-  
 mi uocabulis insignitū est. le

gitur quarto calendar septem-  
 bris. in emissa ciuitate pheni-  
 cie puencie natale iohannis  
 baptiste die quo decollatus est.  
 n̄ specialiter ip̄m diem decol-  
 lationis ei'. s; diem pot̄ quo  
 caput ei' in eadem emissa cui-  
 tate repletum atq; in exc̄la est  
 conditū designat. Siquidē  
 ut cronica marcellini comiti'  
 testatur: tempore marciiani  
 principis duo monachi oriē-  
 tales uenerūt adorare in ihe-  
 rosolimis & loca sc̄a uidere.  
 Quib; p̄ reuelationē assistens  
 idē precursor d̄ni precepit  
 ut ad herodis quondā regis  
 habitac̄m accedentes. caput  
 suū requirerent: & inuentū  
 digno honore recondere.  
 Ad ibi ab eis inuentū & assūp-  
 tum. s; n̄ multo post culpa  
 incurie p̄ditum. plātū est  
 emissā ab alijs. & in quodam  
 specu in urna sub t̄ra n̄ pau-  
 co tempore ignobilit̄ recondi-  
 tum: donec denuo idē iohes  
 sese suūq; caput ostend̄ mar-  
 cello cuidā religioso abbati.

ac presbitero dñi in eodem specu  
habitaret: qđ uidelicet caput lu  
lioramo eius ep̄o ciuitatis. p̄p̄  
fatū presbitūm constat inuen  
tum. Ex quo tempore <sup>cepit</sup> in eadē  
ciuitate beati p̄cursoris decol  
latio. ip̄so ut arbitram̄ die q̄  
caput inuentū siue eleuatū  
est celebrari. De quib; latius i  
p̄fato cronicoꝝ libro sēptū re  
**E**t dicit eis. Quot **S**peries.  
panes habetis? **I**te. & uidete. &  
cū cognouissent. dicunt. Quinq;  
et duos pisces.

**P**er quinq; panes ap̄loꝝ & duos  
pisces: tota testam̄ti ueteris  
sēptura signat̄. **P** quinq; uide  
licet panes. quinq; mosaice le  
gis libri. quib; diuine et̄nitatis  
cognitio. mundi creatio. curs̄  
sēli labentis. & uera dō serui  
endi religio gen̄i humano in  
notuit: p̄ duos uero pisces. psal  
mi sē & p̄phete figurati. qui  
eruditū in lege dei ppl̄m de p̄  
missione dñice incarnationis  
noua gr̄e dulcedine pascebat.  
Qua trina sēpturę sacre dis  
tinctione: totā ueteris istru

menti seriē comp̄hendi. dñice  
auctoritate docem̄. Apparens  
enim post resurrectionē disci  
pulis. ait dñs ip̄se: quia ope  
tebat impleri om̄ia que sēpta  
sunt in lege moysi & p̄phetis. i  
psalmis de me. Et cum ap̄uit  
illis sensū ut intelligēt scrip  
turas. & intellectas sp̄ualit̄ fi  
delib; tradēt auditorib;: quasi  
benedicens panib; ap̄licis ac  
piscib; hosq; interne sua uita  
tis dono multiplicans. turb̄  
dispartiri p̄cepit. Bene aut̄ iux  
ta eugl̄m iohannis panes qui  
legem designant. ordeacei fu  
isse referunt̄. qui uinitoꝝ mar  
ime rusticoꝝq; est cib; seruoꝝ.  
quia incipientib; needūq; p̄  
fectis auditorib; asp̄iora. & q̄si  
grossiora sē committenda pre  
cepta. Animalis enī homo. nō  
p̄cipit ea que sunt sp̄e dei: at  
q; ideo dñs. p̄ suis cuiq; uirib;  
dona t̄buens. semp̄q; ad p̄fec  
tiora p̄uocans. p̄mo quinq;  
panib; quinq; milia. sedō sep  
tem panib; quatuor milia  
hominū. reficit. tercio discip̄l̄

siue carnis & sanguinis mysterium  
credit. ad ultimum magno munere  
dat electis ut edant & bibant  
sup mensam suam in regno.

**E**t precepit illis ut accumbere fa-  
cerent omnes secundum contubernia  
sup uiride fenum & discubuerunt  
in partes per centenos & per quinquaginta

**Q**uersi quinquaginta **I**genos.  
discubitus distinctos per orbem  
ecclesie qui unam catholicam fa-  
ciunt designant. Quos bene-  
dixit quinquagenos per turmas  
uel centenos discumbere precepit:  
ut uidelicet turba fidelium es-  
cam suam & locis distincta & mo-  
ribus iuncta perciperet. Jubilei  
quippe requies quinquagenarium  
numeri mysterio continetur: &  
quinquagenarium bis ducitur ut  
ad centenarium perueniat. Quia  
ergo prius a malo quiescit opere.  
ut post anima <sup>plena</sup> quiescat in co-  
gitatione: alii quinquageni.  
alii autem centeni discumbunt:  
quoniam sunt nonnulli qui a peccatis  
actibus habent requiem operis:  
& sunt nonnulli qui a uersis  
cogitationibus habent iam re-

quiem mentis. Bene autem sup uiride  
fenum discubuerunt. Septimum  
quippe est. Omnis caro fenum.  
Et illi sup uiride fenum discum-  
bentes dominicis pascuntur alimen-  
tis: qui per studium continentie  
calcatis illecebis carnalium con-  
cupiscentiarum audiendis imple-  
disque dei uerbis operam impendunt.

**E**t acceptis quinque panibus & du-  
obus piscibus intuens in celum  
benedixit & fregit panes: et  
dedit discipulis suis ut ponerent  
ante eos. & duos pisces & diuisit  
Turbis esurientibus **I**ntuens omnibus  
tibus saluator non noua creat ciba-  
ria: sed acceptis eis que habuerunt  
discipuli benedixit: quia ue-  
niens in carne non alia quam pre-  
dicta sunt predicabat: sed legis &  
prophetarum scripta quam sint myste-  
riis gratie grauidam demonstrat.  
Intuetur in celum: ut illuc diri-  
genda mentis aciem. ibi lucem  
scientie doceat esse querendam.  
Frangit & ante turbas ponen-  
da distribuit discipulis: quia sa-  
cramenta prophetie sanctis doctoribus  
que hec toto orbe predicet patefacit.

**E**t manducauerunt omnes: & saturati sunt. Et sustulerunt reliquias fragmentorum duodecim cophinos plenos.

**Q**uod turbis superest. *In de piscibus;* a discipulis sustollitur: quia sacra ciora mystica que a rudibus capi nequeunt. non negligent omittenda: sed sunt inquirenda a perfectis. Nam per cophinos duodecim apostoli. & per panes cuncti sequentium doctorum chori figurantur: foris quidem hominibus despecti: sed intus salutaris cibi reliquiis ad alenda humilium corda cumulati. Constat enim cophinis opera seruilia geri solere: sed ipse cophinos panum fragmentis impletur: quod infirma huius mundi ut forcias confunderet elegit.

**E**rant autem qui manducauerunt quinq; milia uirorum.

**Q**uia quinq; sunt exterioris hominis sensus: quinq; milia uirum dominum secuti designant eos qui in seculari ad huc habitu positi. exterioribus que possident bene uti nouerunt. Qui recte quinq; panibus aluntur: quia tales necesse est legalibus adhuc preceptis institui.

Nam qui mundo ad integrum renuntiant. & quatuor sunt milia. et septem panibus refectioni: hoc est & euangelica perfectione sublimes. & spirituali sunt gratia inter eruditi.

**E**t statim coegerit discipulos suos ascendere nauim: ut procedente eum transiret ad bethsaidam dum ipse dimitteret populum.

**Q**uare coegerit discipulos ascendere nauim. & ipse mox dimisso populo in montem oraturus abiit. iohannes manifeste declarat: qui completa illa refectione celesti. continuo subiicit: **I**hesus ergo cum cognouisset quia uenturi essent ut rapent eum & facerent eum regem: fugit iterum in montem ipse solus. **U**bi necessarium nobis uiuendi monstrat exemplum: ut in bonis que agimus. humani fauoris retributionem uitam: neque nos operatio uirtutum spiritualium ad concupiscentiam reflectat temporalium uoluptatum. **N**onnullis enim contingit. ut dum merito uitae sublimioris mirandi minoribus; ac laudabiles ex-

sterent. & iure honorandi puta-  
 rentur: acceptis pecuniis siue p-  
 diis inchoata iusticie rudimenta  
 pderent: & cum carnalib; se se ille-  
 cebris atq; auaricia incauti cor-  
 rumpent: ipsis & a quib; honora-  
 bantur pbonis. denuo pmalis  
 actib; non solū in fastidiū. uerū  
 etiam deuenirent in odiū. **Alin'**  
 q; multo piculosū est in his que  
 recte agim' aduersantiū nos im-  
 pbitate fatigari: qm̄ honoranti-  
 um fauore demulceri. **Hec** ienī  
 securiorē sepe corrumpit ani-  
 mū: illa circumspectū semper  
 reddit & cautū. **Vnde** dñs uia  
 nob utq; quā sequamur initiās.  
 cū hi qui uirtutes ei' admiraba-  
 tur regem eū facere uellent.  
 fugit in montē orare. eum ū  
 illi qui uirtutib; eius inuidebat  
 eū morti tradere disponderent.  
 occurrit p̄mpt'. & uinciendū  
 se crucifigendū q; furentib; ob-  
 tulit: euidenti nos informans  
 exemplo. ut parati sim' aduer-  
 sa scli ad toleranda: cauti ad bla-  
 dimenta cū forte arriiserint  
 declinanda: & ne pros̄pa mun-

di si affluant emolliendo decipi-  
 ant. crebris a dño precib; implo-  
 remus. **Precedebant** autē disci-  
 puli dñm transfretū ad bethsa-  
 idam. que est in galilea ciuitas  
 andree & petri i philippi ap̄toꝝ  
 ppe itagnū genesareth. ut in  
 locoz libris inuenim'. **Vbi** me-  
 rito mouet quom̄ dicat mare'  
 pacto discipulos miraculo pa-  
 num uenisse transfretū ad beth-  
 saidā: cum uideat' dicere lu-  
 cas. quod in locis bethsaidę fac-  
 tum fuit miracū illud me-  
 morabile. & refectio celestis.  
**Aut** enī. Assumptis illis seces-  
 sit seorsū in locum desertū q̄  
 est bethsaida. qd cū cognouis-  
 sent turbe secute s̄ illum. et  
 excepte illos. & cetera que secu-  
 tur usq; ad completā illam  
 sacre refectiois hystoriā: nisi  
 forte intelligam' in eo qd lucas  
 ait. in desertū locum q̄ est beth-  
 saida. n̄ ipsius uicinia ciuita-  
 tis. s; loca deserti ad eā perti-  
 nentis esse designata. **Mare'**  
 enim dicit ap̄te. qd precedet  
 eū ad bethsaidā. ubi ipsi fines

ciuitatis constat esse notatas: lu-  
cas uero qui non dicit. in locum desertum  
que est bethsaida. sed qui est bethsa-  
ida. potest non fallor recte intel-  
ligi quia non ipsam ciuitatem uo-  
luerit. sed locum desertum ipsius  
id est ad eius officina pertinentem.  
Narrat autem euangelista iohannes  
manducasse panem turbas iux-  
ta tyberiadem. & ascendentes na-  
uum discipulos uenisse transma-  
re in capharnaum: que ambe sunt  
ciuitates in galilea iuxta stag-  
num genesareth. quod etiam tyberia-  
dis a ciuitate tyberiade uocatur.

**E**t cum dimisset eos: abiit in  
**N**on omnis in montem orare.  
qui orat: ascendit in montem.  
Est enim oratio: que peccatum  
facit. Sed qui bene orat. quod deum  
orando querit: hic a terrenis ad  
superiora progrediens. uerticem cu-  
re sublimioris ascendit. Qui uero  
de diuiciis aut de honore seculi  
aut de inimici morte sollicitus  
obsecrat: ipse in infernis iacens  
uiles ad deum preces mittit. Orat  
autem deus: non ut pro se obsecretur:  
sed ut pro me impetret. Nam et

si omnia posuerit in potestate filii  
pater. filius tamen ut formam homi-  
nis impleret. obsecrandum patrem  
putat esse pro nobis. quod aduocatus  
est noster. Aduocatum enim inquit ha-  
bemus apud patrem ihesum christum.  
Si aduocatus est: debet pro meis in-  
uenire peccatis. Non ergo quasi in-  
firmus. sed quasi pro obsecrat. Vis  
scire quia omnia que uelit possit.  
Et aduocatus est & iudex in alto  
pietatis officium: in altero insigne  
est potestatis. . xviii.

**E**t cum sero esset erat nauis in  
medio mari & ipse solus intra:  
et uident eos laborantes in re-  
migando. Erat enim uentus contra  
Labor discipulorum rursus eis.  
inremigando. & contrariis eis  
uentus. labores sancte ecclesie de-  
uarios designat. que inter undas  
seculi aduersantes. & in mundorum  
flatus spirituum. ad quietem patrie  
celestis. quasi ad fidam in ortis sta-  
